



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

S. Wilfridus Archiep. Pontificiæ auctoritatis defensio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)

hemus.
as Mag-
nsecra-
m infle-
s; sexto
lu Pon-
usq, ad
suos, S.
ungaris,
tem ite-
rum re-
t, crude-
Bohemis
Ducem
ruthenis
ostolum.
conver-
ferociter
impacto
m agre
in altera
confixo
Corpus
am tran-
duo Mo-
propter me
Mar. 8.



S. WILFRIDUS ARCHIEP.

Pontificia auctoritatis defensio.

Anglicanas Ecclesias, quæsumus Do-
mine, Pontificiæ restituere obedientiæ,
S. WILFRIDI precibus exoratus; qui
pro tui in terris Vicarii auctoritate
tuenda, calumnias, carceres, & exilia
iterata non dubitavit sustinere.

Ora pro fidei restitutione in Anglia,



WILFRIDVS, an. 634 in Anglia natus, Riponensi ecclesiæ Presbyter datus, Canonicam Paschatis celebrandi formam coram Rege Oswio contra Scotos defendit, ideoque Alfrido Regi dignus est visus, qui Eboracensis Episcopus ordinaretur. Sed eam ordinationem graves exceperunt tempestates : nam & S. Ceaddam suo loco intrusum tulit: & hoc tandem cedente, in nimia potentia suspicionem adductus apud Regem, Episcopatum suum in tres dioceses dividi cum non ferret, coactus est adire Sedem Romanam. Hujus auctoritate dum locum suum repetit, carceres & exilia sæpe mutata pertulit. Interim & Frisii, ad quos fuerat tempestate ejectus; & Australi Saxoniam, & Vecti insulæ fidem prædicavit, & miracula patravit plurima. Per synodum nihilominus an. 701 rursus expulsus, rursus Romam appellavit, & victor rediit; sed paucis annis post morbo correptus, obiit anno 709; atque in Riponensi ecclesia, quam erexit in cœnobium, sepultus, inde translatus Cantuariam fuit anno 957; & 1071 à S. Landfranco decentius compositus.

Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non prevalebunt adversus eam. Matt. 16.